

# **Landesbibliothek Oldenburg**

**Digitalisierung von Drucken**

**Samuelis De Cocceji, Henr. Fil. Sacræ Regiæ Majestatis  
Borussicæ Magni Cancellarii, A Consiliis Sanctioribus  
Status Et Rei Bellicæ, Ordinis Nigræ Aquilæ Equitis Etc.  
Jus Civile Controversum Ubi ...**

Opus Ad Illustrationem Compendii Lauterbachiani ...

**Cocceji, Samuel von**

**Lipsiæ, 1766**

LIB. XI. TIT. VII. De Religiosis Et Sumtibus Funerum, Et Ut Funus Ducere  
Liceat.

**urn:nbn:de:gbv:45:1-9044**

RESP. Possessio rei alienæ ad effectum usucapionis valet, si iustus titulus adsit; secus ergo si ludendo rem alienam acquisivit, hic enim titulus vitiosus est: *d. l. 8.*

Atque ita quoque rem decidit *Berl. p. 1. dec. 66. n. 56. Carpz. p. 3. q. 134. n. 27. Dn. Stryk. U. M. h. §. 10.* distinguit an a collulore & caupone mutuo data sit pecunia, an a tertio, & illo casu non dari repetitionem ait.

Qv. III. *An aleatorum receptator vindicet damnum tempore lusus injuria datum?*

NEG. *L. 1. pr. §. 8. seq. h. idque responso Jctorum Helmstadi. Laut. pag. 160. verb. 160. verb. Qui neque vindicat injuriam*  
 NENSIUM firmat *Hahn. ad W. h. n. 2. Struv. §. 53. h. ibique Evol. Qui neque vindicat injuriam*  
 OBJICIT *Wissenb. Ex. ad π. 23. th. 16. injustam esse hanc constitutionem, eamque invitare homines ad furta, damna, &c.*

RESP. Alia quæstio est, an læso fiat injuria, ita ut ille ejus reparationem petere possit? & negatur: Alia, an magistratus pœnam irrogare possit? affirmatur; hic enim injurias ex officio punire potest & debet. *Berger. in resol. h. Stryk. U. M. h. §. 11.*

## LIB. XI. TIT. VII.

DE

## RELIGIOSIS ET SUMTIBUS FUNERUM, ET UT FUNUS DUCERE LICEAT.

Qv. I. *An actio hæc detur contra socium?*

NEG. *L. 2. §. 1. h. Sed vel actio communi dividundo, vel familiaris eriscundæ, vel actio pro socio datur. d. l. 2. l. 39. pro socio; ubi autem ordinaria actio datur, subsidiaria illa in factum locum non habet. Laut. pag. 163. in fin. verb. Non etiam contra socium &c.*

OBJ. (1) *L. 43. h. t. ubi socio datur actio.*

RESP. Interdictum ei datur de mortuo inferendo, at non hæc actio in factum.

OBJ. (2) *L. 6. §. 6. com. div. ubi dicitur dari actionem in factum.*

Sed bene RESPONDET *Dn. Berger. in resol. h. t.* aut actionem illam in factum esse interdictum de mortuo inferendo, aut dicendum,

Cocc. J. C. P. I.

Eccc

dum,



dum, Ulpianum ibi tantum referre Labeonis & Trebatii sententiam, non vero approbare, sed potius eam refutare in l. 2. §. 1. h.

OBJ. (3) Sed quid opus est interdicto, cum ordinaria actio competat?

RESP. Hic simul de possessione deciditur, ne vis fiat ei, qui inferre vult mortuum in suo loco.

Hodie vix usum habet hæc quæstio, quia certa cœmeteria sunt constituta, ubi mortui inferuntur, nec enim promiscue ita mortuum inferre licet. *Stryk. U. M. h. §. 7. seq.*

QV. II. *Au reus eligat, num mortuum tollere, num loci pretium solvere velit?*

*Laut. pag. 164. verb. ad loci pretium vel ad mortuum &c.* Notissimi juris est mortuum in alieno sepulchro illatum propria auctoritate effodi non posse, idque propter reverentiam manium, & quia corpus recte sepultum non est inquietandum, ita receptum est l. 8. pr. l. 38. l. 39. l. 40. relig. vid. l. 1. & f. C. Eod. (quod secus est in aliis rebus profanis. l. 29. l. Aquil.) adeo ut violator sepulchri incurrat in pœnam sepulchri violati. *L. f. ff. de Sepulchr. viol. Laut. Comp. pag. 163.*

Domino autem sepulchri vel loci, cui injuria illatione mortui facta est, datur actio in factum, l. 2. §. 2. ff. Eod. adversus inferentem, l. 2. §. 1. & 2. eod. ad loci pretium vel ad mortuum tollendum, l. 7. pr. ff. Eod. & præterea ad pœnam. L. 2. §. 2. ff. Eod.

In eo autem jam vertitur quæstio, cujus sit electio, an actoris, qui mortuum tolli vult? an rei, qui pretium offert?

RESP. *Rei. Laut. comp. pag. 164.* (1) Quia in alternativis, si de obligatione agitur, electio est Debitoris. *L. 10. §. f. Jur. dot. ibique Goth. & Dd.* (2) Cum reipublica intersit, ut corpus semel sepultum absque necessitate non transferatur, cum spatium præterea satis amplum adsit, in quod inferri mortui possint, quin cum liberum ipsi sit, aliud sepulchrum sumptibus adversarii exstruendi, summa calunnia foret translationem corporis mortui desiderare. Atque ita (3) sentiunt *Laut. comp. p. 164. ibique Astinius ad dict. l. 7. pr. n. 1. & 2. Brun. ad d. l. 7. n. 1.* Pro qua sententia (4) in contradictorio judicatum in causa der Geschwister Zinnen contra den Pastor Währen zu Dörßel Mens. Oct. 1709.

Neque OBSTAT (1) Quod videatur potius electio domini, quia ille non potest cogi, ut rem suam vendat.

RESP.



RESP. Imo favore religionis aliud dicendum. *Brumm. d. l.* quod vel inde probatur, quia ex eodem favore in hac materia constitutum est, ut dominus iter ad sepulchrum alii vendere teneatur. *l. 12. pr. Eod.*

OBJ. (2) Quod in dubio ejus sit electio, in cujus favorem alternativa adjicitur, *arg. l. 6. C. Legib. Panorm. in c. 4. n. 20. X. de dol. & contum. Bald. in l. f. n. 5. in f. C. de petit. haered. adeoque domini.*

RESP. Favor hic est ipsius corporis mortui, quia sepulchrum naturaliter ejus esse videtur. *l. 4. ff. Eod.* Et indubie major favor est sepelientis, quam domini, quia inhumanum esset ejus arbitrio relinquere, num ejicere mortuum velit, num non.

OBJ. (3) Quod alternativa in pœnam contraventionis & transgressionis sit constituta, *d. l. 2. pr.* In iis vero, quæ pœnæ loco alternative statuta sunt, facultatem eligendi non competere observat *H. Pifl. l. 3. q. 4. n. 14. Hahn. Obs. ad Wesf. tit. de relig. & sumt. fun. n. 4.*

RESP. Dictum jam est in obligatione alternativa electionem rei esse, eoque regulam illam fallere. Neque (2) pœnæ loco est statutum, ut pretium domino restituat, sed beneficii loco: Nam pœna non erit ei, qui in alio loco pretium solvere debuisse. Accedit (3) quod in favore ipsius mortui id constitutum sit, sepultura enim officium humanitatis dicitur.

OBJ. (4) Quod ita in arbitrio cujusque esset sepulchra violandi inferendoque mortuum in sepulchro privare.

RESP. Si dolose id fiat, pœna pecuniaria inferens punitur, *l. 2. §. 2. ff. h. at mortuo indulgetur, neque ei id imputari potest.*

Qv. III. *An actio hæc detur hæredibus & contra hæredes?*

AFFIRM. *L. 7. pr. h. Hæredibus enim datur, quia est rei persecutoria, d. l. 7. l. 9. h. Et contra hæredes datur, quia actiones ex delicto rei persecutoriæ in hæredes dantur in solidum. §. f. Leg. Aquil. vid. sup. ad tit. de Leg. Aquil. qu. 14. Accedit quod tantum actiones ex delicto prætoriæ non dentur contra hæredes, quia dolum persequuntur; At hæc actio est ex jure civili. L. 8. §. 4. h. Nec in pœnam doli datur, quia locum habet etsi ignoret.*

Eccc 2

OBJ.



OBJ. L. 9. h. Ubi ipse Jctus miratur, quare constare videatur neque hæredi neque in hæredem dandam hanc actionem; Unde putant Dd. hic esse exemplum l. 20. ff. de Legib. quod scil. non omnium, quæ a majoribus constituta sunt, ratio reddi possit.

RESP. Imo Jctus non miratur quod ita constitutum sit, nam ipse id in fine negat, sed quod ita quibusdam constare videatur; Adeoque refert Jctus sententiam dissentientium, eamque refutat allegata (1) ratione, quod sit rei persecutoria, verb. *Nam ut apparet pecuniariae quantitatis ratio in eam deducitur*, hæc autem actiones, etsi sint ex delicto quoque, tamen sua natura in hæredes transeunt. Unde (2) concludit actionem perpetuam esse: verb. *certe perpetuo ea inter ipsos competit*, quod falsum esset, si non ad hæredes transfret: Adeoque sententia Jcti hæc est, quod miretur eos, qui putant, hanc actionem non dari hæredibus, nec in hæredes; cum tamen hæc actio sit rei persecutoria, & perpetua: uti id clare quoque ita traditur in l. 7. pr. h.

Qv. IV. *An actio funeraria contra maritum tantum detur quantum facere potest?*

Laut. pag. 165. verb. Si vera ipsa.

AFFIRM. L. 28. h. OBJ. L. 13. C. de Neg. gest.

RESP. Ibi casus est, ubi dos revertitur ad maritum, tunc enim maritus plene tenetur.

Idque præjudiciis firmat Carpz. in alleg. loc.

Qv. V. *An salaria chirurgorum & medicorum in ultima curatione actione funeraria vindicentur?*

Laut. pag. 165. verb. Salaria chirurgorum.

NEG. Quia in ultimum morbum impenduntur, adeoque vivo eo; actione funeraria autem tantum sumtus funeris, adeoque mortui, repetuntur. Moribus tamen ex abusu introductum est, ut actio hæc pro sumtibus ultimi morbi detur. Carpz. p. 1. c. 28. def. 41. Berl. p. 1. concl. 63. Laut. h. pag. 165.



MORTUO INFERENDO, ET  
SEPULCHRO ÆDIFICANDO.Qv. I. *An hodie hujus tituli sit usus?*

**A**FFIRM. Nam cum prius interdictum detur ei, qui prohibetur mortuum inferre in locum, cujus dominus est; *l. 1. pr. h. etsi alius usufructum ibi habeat, vel fundus alii communis sit, l. 43. h. utilitatem id hodie habebit* (1) si forte cœmeteriis ob inundationem uti non possim, indeque in fundo alieno mortuus inferendus sit; vel (2) si via publica, quæ ad cœmeterium ducit, inundata sit, tunc enim iter per vicini fundum petere possum. *Struv. h. th. 96. ibique Dd. Clar. ad LL. 12. tab. c. f. Mind. de interd. tit. 2. per tot. Murga disq. mor. tom. 14. disq. 1. seq. Flores de Mina ad Ant. de Gam. dec. 54. n. 3.*

Eadem ratione ei, qui monumentum exstruere vult, hodieque interdicto de sepulchro ædificando consulitur. *Brunn. ad W. h. q. 2. Carpz. l. 2. def. 392.* si forte ecclesia &c. in hæreditario sepulchro dominum ædificare prohibeat: *Vid. Struv. h. th. 80.*

At formula interdictorum non ita amplius obtinet, sed res per mandata compulsoria expeditur, als befohlen Wir Euch hiermit, Supplicanten an seinem Begehren. Dau nicht zu beeinträchtigen: *vid. tit. de interd. q. 1. Stryk. U. M. h. §. 1.*

REBUS CREDITIS, SI CERTUM  
PETETUR, ET DE CONDICTIONE.Qv. I. *Quid significet rubrica, si certum petetur?*

**R**ESP. Indigitatur hac formula, peti hoc titulo res certas, quæ numero, pondere, & mensura constant, adeoque unde non datur actio, sed specialissime condictio certi, quippe quæ datur in

E e e 3                      omni-

